



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

[Capvt II]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Qua sola quamuis ceteris
 Culpis vacares omnibus,
 Furoris ansam præbeant.
 Vbiq; vulgus mobile
 Narrat tuas fallacias,
 Dolis refertus omnibus,
 Celas latronem pectore
 Furorq; peruersissimum.

Sed nolo longioribus
 Certare tecum iurgiis,
 Nam rem prob. ibis exitu
 Mortis tua grauissimo.

Hæc audiens Vulpecula
 Terretur, atq; fluctuat,
 Domumq; sæpè cogitat,
 Quam nempe consultoribus
 Ipsa videretur proximis,
 Fatalis at necessitas
 Concedit haud discedere,
 Sic fatatur ergo siebili
 In mentis ægritudine.

Rex quando Clementissime
 Necem meremur vltimam,
 Indicta fiet æquitas,
 Ne propter vnum debitis
 Quid detrahatur iuribus:
 Submissus autem deprecor
 Oratione supplici,
 Concedat vnum tradito
 Vt hostibus respondeam.
 Cum vestra me Clementia
 In consulendo prouidiam,

Reinike ta-
 cite cōme-
 morat sua
 in regem
 beneficia.

Deſ-

*Deliberando strenuum
 Et aulicis negotijs
 Non defuisse senserit,
 De mille & obis vnicus,
 Bonis adhaesic cum meis,
 Cum ceteri discederent,
 Vestrasq; partes linquerent,
 Qui nunc volunt innoxium
 Priuare vestra gratia,
 Meaq; sic absentia
 Iniuriosè deferunt.*

Liberum
 enim erat
 Vulpi siue
 comparere
 siue aliò
 aufugere.

*Quapropter oro fluctuum
 Ne fortè magnitudine
 Audaciaq; supprimar.
 Id nam latebit neminem,
 Ni mentis imperterrita,
 Foremq; culpa conscius,
 Non regium pratorium
 Gradu subirem libero:
 Sed terga vellem & vertere,
 Fugamq; mox capesserem:
 Nam tot caernas abditas,
 Spelæa tot cognouimus,
 Quibus manere clanculum
 Possimq; delitescere,
 Ni grande culpis omnibus
 Vacare det solatium,
 Quod mox patebit clarius,
 Id præter vnum, Pontifex
 Supremus excommunicans,
 Quod me ligauit vinculo,
 Quo spero, quamuis hostibus*

Rumpantur ipsis illis,
 Elabar absq; temporis
 Cunctatione, vel mora.
 Nam nuper Et Greuincius
 Me Regis inuictissimi
 Rumoribus morderat,
 Mihiq; maturissime
 Venire demandauerat,
 Romana versus atria
 Profectionem ceperim,
 Ut expeditus casibus
 Erumperem grauisime.
 Sed obuianti Simio
 In rure commodissime
 Id omne declarauimus
 Qui per fidem sanctissime
 Promisit almam dextra
 Se velle nostri gloriam
 Bonam tueri nominis,
 Nec non in Vrbe Romuli
 Id exequi negotium,
 Quod spectat ad partes meas.
 Nec est quod angat amplius,
 Mentemve nostram torqueat.
 Nam constat, haud formidine
 Quod hostium perterrear,
 Audire sed mendacia
 Simpraparatius omnium.
 Nunc ergo perfidissimos
 Nequam velim procedere,
 Qui me remotum luicidis
 Roseretat conuictis.

Reinike
 rursus excō
 municatio
 ne Ponifi-
 cis suā ob-
 umbrat ne-
 quitiam.

Reinikes
 magnani-
 mitas.

P

Præ-

Veritas *Prasente melicentius*
 semper vin *Nunc conquerantur omnia.*
 cit. *Tamen patebit Veritas*
Peribit & mendacium.

Reinike ad *Nam iudicandum cognitio*
 uerfariis *Vtring; causis censeo.*
 collata ex- *Hisunt latrones perdit*
 probrat be *Et coruus & cuniculus,*
 neficia. *In quos parum feliciter*

Benignitatis intima
Tot collocant munera,
Nam proximè cuniculus
Meritè circa Vesperem
Horas legentem debitas
Salutat, & charissimum
Solet parentem filius,
Fameq; dicit aspera
Exhaustus, & ieiunio
Ite vorari maximum,
Et oro vile pabulum.
Ipsum miserti protinus
In patris ades ducimus,
Et dulce cum recentibus
Laccaseis apponimus.

Reinike e- *Nam tunc agebam Simonis*
 nim mirū *Apostoli ieiunium,*
 in modum *Vt carne nulla vescerer.*
 ieiunia ob *Sed cum famem represserat,*
 seruabat. *Cibusq; se repluerat,*
Natu minor de filijs
Accedit & superflua
Vult fercla mensa tollere:

*Insaniente dextera
 Quem percutit Cuniculus.
 Luctuq; nares vulnerat
 Largum vomentes sanguinem.
 Minoris id Fraterculus
 Maiorq; natu viderat,
 Accurrit, & Cuniculo
 Necem parare nititur,
 Colloq; nectit vincula.
 Id fortè cum perspexerat,
 Compesco lites ilicet,
 Minasq; natis ingero,
 Hac ipsi, Rex, est Veritas.
 Quod porro coruus incipit
 Fideliozem conqueri
 Se perdidisse coniugem,
 Qua sana toto corpore
 Mortem voravit ultimam.
 Impastanang; pallidam
 Volens famem restinguere,
 Pisces comedit integros,
 Nec inde spinas eruit.
 Si postea quid accidit,
 Id ipse nouit optimè.
 Quid ergo me proclamitas
 Fuisse causam funeris,
 Cum fors an ipse perfidus
 Hanc coruus interfecerit.
 Quem detur accuratius
 Examinare si mihi
 Semet reum cognosceret.
 Hac nanque, cum volueribus*

Cuniculi
 violētiam
 recēset.

Respondet
 corui que-
 relis Rei-
 nike:

Corui e-
 nim à natu
 rapaces
 & edaces
 dicuntur.

Alis eat per aerem,
 At ipse tardus ambulem,
 Repamq; sicut quadrupes:
 Reinike An quiverim deprehendere?
 vult queri- Si quis tamen probabili
 monias ad Probare testenitur,
 uersariorū Vt usus antiquissimus
 sibi testib. Id seruat inter nobiles,
 coram pro Tunc ius mihi non amplius
 bari. Natum negabo sed ferum.

Si nesciam conuellere,
 Reinike Si nesciam conuellere,
 vult pro di Diem mihi certaminis
 gnitate no Is ponat, atq; nobilem,
 minis fui Pariq; natum stemmate
 decertare. Transmittat, Et conflictibus
 Rem comprobemus mutuis.

Ex parte cuius Martia
 Fortuna tunc penderit,
 Is innocens putabitur.
 Id moris inter principes
 Virosq; non inglorios
 In atrijs regalibus
 Est, Et manebit perpetim.
 Sic absq; labe nominis,
 Honore stirpis integro
 Entar hinc discedere.

Omnes mi Quicunq; Verba Reinikes
 rantur arti Audacis intellexerant:
 ficiofam Mirum stupebant in modum.
 orationem Reinikes. Quod rege coram maximo
 Reinikes. Se mille tot Varijsimis

*An sit dolis defendere
 Et tam potenter obloqui.
 Tum cornus & cuniculus
 Atrapaens formidine
 Fugam parabat ocyus,
 Neutriq; voce clanculum
 Id esse dicunt integrum,
 Ut Gulpe cum nequissima
 Se praparent certamini.
 Nec candidis negotium
 Firmare possunt testibus.
 Quare doloso Reinike
 Diras precantur impias:
 Domoq; Regis exeunt.*

COMMENTARIA.

Ne unquam illi quē semel fallacem cogno-
 veris, fidem denuò adhibeas. Nā semper cre-
 dere non facile debemus, quoniam is qui citò
 credit, lenis est corde.

I.
*Qui citò
 credit, le-
 nis est cor-
 de.*
 II.

Magistratus æquē tantam sibi in pauperi-
 bus ac pupillis defendendis atq; in diuitibus
 & potentibus curam incumbere sciat: si mo-
 dō officio suo correspondere, gratiamq; po-
 puli retinere velit.

Ne in absentia quicquā de altero malè lo-
 quaris, ipso enim se defendente, iudicis, quòd
 infidiosè & immeritò à te accusatus sit, sus-
 picionem adaugebis. Et pessima certè in ho-
 mine cōsuetudo est, & reprehensione dignis-
 sima, aliorum dicta & opera reprehendere, &
 maximè absentium, quibus præcipuè parcere

III.
*De absenti-
 bus semper
 bene loquē-
 dum est.*

oportuit. Omnis nanque humanitatis oblit
videntur hi, qui absentes præter meritum, ex
mera linguæ petulantia, lædunt roduntque.
Hos Horatius insectatur, vt digni sunt, his
versibus:

*Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit, alio culpante solutos
Qui captus nisi in bonum, fama que de
catis,
Eingere qui non visa potest, commissata
cero
Qui nequit, hinc niger est, hunc tu Romane
caueto.*

Nec Augustini hac de re versus videntur
negligendi:

*Quisquis amat dictis absentium rodere vitam,
Hanc mem fam veritam nouerit esse sibi.*

Ingenuus autem adolescens semper ob ocu-
los habeat illud, quod veteres parietibus in-
scripserunt: *De absentibus nil nisi bonum.* Sic
se consuefaciant, sic ingenia attemperent, sic
moderentur, ne quid de quoquam mali di-
cant, aut calumniètur absentium vitam, mo-
res, dicta aut facta, nisi fortè sint talia, de qui-
bus publica fit & vox, & fama, notoriaque o-
mnia, & infames isti, quorum fit mentio. In
aliis modestè & circumspèctè loquamur, ne
quenquam absentium lædamus, sed de omni-
bus benè, aut certè, si res omnino secus fert,
conditionaliter & nō sine cautela sermonem
instituiamus. Experientur adolescentes hoc
præceptum esse utilissimum in vita, & hac di-

*Modestè &
circūspèctè
loquendum.*

ligen-

ligentia prudentiaq; omnibus modis opus esse in omnibus congressibus, & cū primis in peregrinationibus, vbi multis ignotis hominibus varia itinera nos coniungunt, cum quibus vnà cibum capere, dormire, proficisci, congregari cogimur.

Quod nemo, qui pœnam excommunicationis incurrit, aut iuris, aut Christianæ Ecclesiæ libertate vti possit.

IIII.

Quod is, qui absentem quempiam iudici defert, rarò ea quæ veritati sunt consentanea proferat. Si vera enim essent, connixus veritatis studio ea in faciem coràm aduersarij sui effunderet. Quare imprimis iudices hac in re cauti & prouidi esse debent, ne inuidis aut vafriis illis delatoribus auscultent, sed excusatione audita & re vtrinque examinata iudicent.

V.

Delatoribus clandestinis iudices

Quod homine ingrato nihil pestilentius dici aut nominari possit. Pulcherrimum fuisse Chilonis Lacedæmonij verbum aiunt quidam dicentis, cū esset vetulus, se ingratitude sibi in tota vita conscium non esse. Quo vitio tamen laborant multi adedò excruciendo: vt eo nihil sit execrabilius, nec quicquam fit, quod eo pugnet magis cum natura & societate humani generis. Nec ab re in ipsius detestationem scriptum est, non recedet malum de domo ingrati, qui reddit malum pro bono, non recedet malum de domo eius, imo quòd morte plecti debeat ingratus, exilio verò si quid per metum facere prætermisisset,

auscultare non debent.

VI.

Chilon Lacedæmonius nusquam in vita sua ingratitude manus misisse fertur.

vt putauit Hippocratides à Carię satrapa acceptis literis quid de ingrato agendum foret.

Ingratitudo est Ventus Vrens.

Et rectè à Bernhardo dictum est, quod ingratus fit ventus vrens siccās fontem misericordie, rorem pietatis & fructum gratie, à superbia radice proueniens & pullulans,

Ingratus quis proprie dicitur.

Philippus Macedonicus.

Ingrate Symbolum.

quia plerique putant sibi deberi ab omnibus omnia. Et breuiter ingratus est qui non reddit, neque beneficij accepti memor est, qui que dissimulat, omnium verò ingratiſſimus qui obliuiscitur. Philippi Macedonis miles naufragus ab agricola seruatur, benigneque accipitur, cuius ille prædium à rege impetrat. Iniuriam verò ægrè fert iste, & rem Philippo narrat, exauctoratur itaque miles, prædium agricolæ confirmatur, & exauctoritati fronti, Philippi iussu, verba hæc inscribuntur: *Hospes ingratus.*

Ingrate Symbolum. *culis, qui incubante curruca natus & nutritus, eam crudeliter iaceratam deuorat, ut aquila pullus è nido ciectus. Kabin auem alumnam suam similiter necat.* Ingratus clericus priuatur Ecclesia. Maledictaque cuncta dicemus, si ingratum dixerimus. Qua de re maximè laudatur Cicero, qui quanquam effecisset omni obsequio vt Cæsari esset charissimus, Pompeium tamen sequi maluit, ne foret ingratus, veritus saluti illius deesse, cum ipse aliquando (ab exilio enim eum reuocandum curauerat) non defuisset suæ: contra ingratiſſimæ exempla quàm plurima reperiuntur. AEsculapius salutem mortalibus præstitit,

ut ait, *Ingrate Symbolum.* *culis, qui incubante curruca natus & nutritus, eam crudeliter iaceratam deuorat, ut aquila pullus è nido ciectus. Kabin auem alumnam suam similiter necat.* Ingratus clericus priuatur Ecclesia. Maledictaque cuncta dicemus, si ingratum dixerimus. Qua de re maximè laudatur Cicero, qui quanquam effecisset omni obsequio vt Cæsari esset charissimus, Pompeium tamen sequi maluit, ne foret ingratus, veritus saluti illius deesse, cum ipse aliquando (ab exilio enim eum reuocandum curauerat) non defuisset suæ: contra ingratiſſimæ exempla quàm plurima reperiuntur. AEsculapius salutem mortalibus præstitit,

stitit, & nihilominus fulmen (ictus enim pe-
riit) pro gratia reportavit Thimoleō qui fra-
tri patriæ salutem prætulera, patricida ap-
pellatus. Et Socrates denique iniuste accusa-
tus ab Atheniensibus tanquam impius. The-
mistocles ac Miltiades post infinitas & in-
numerabiles victorias, Græciæ proditiōnis
suspiciōne haud caruerunt, & cum exilio
Theseus etiam mulctatus fuerit, & à Roma-
nis ciuibus Camillus, & ab vrbe pulsus Apol-
lodus architectus Adriani iussu, postea oc-
cisus, aliiq̃ue alia huiusmodi vulnera ab in-
gratis hominibus acceperint, certè omnia vn-
dique ingratiūdinis nota aspersa atque et-
iam coinquinata penitus esse facile cuius
patebit.

Ne quis facile alteri collata tanquam im-
memori beneficia exprobret, ea enim in re se-
ipsum perturbat & confundit.

VII.

Quod honesto viro nihil magis conueniat
quàm Hospitalitas. Est enim valdè decorum
patere domos hominum illustrium illustri-
bus hospitibus. Nam licet ea qua decet libe-
ralitate omnes tractare non possis, tamen pro
ea quam temporis occasio patitur humani-
tate saltem bonum excipias amicum. Nescis
enim vbi & quando illius opera auxilioq̃ue
& tu indigeas. Prætereà interdum benefici-
um, aut officium, licet vilissimum, in neces-
sitate administratum, acceptius gratiusq̃ue
maximo in nulla angustia allato habetur. Ad
hæc hospitalitas maximam habet laudem,

VIII.

*Hospitali-
tas honestū
virū decet
maximè.*

P 5 contra

contrà verò Anixia inhospitalis reprehensionem rationabilem. Non ab re Abraham ciuitatibus à Domino subuersis incendio ob solitudinem aliò se transtulit, vt hospitalitatem exerceret. Quin & Iouè hospitem coluit antiquitas, & si quis peregrinum post solis occasum non suscepisset, reus erat pœnæ. Vnde nò absurdè Lyocanem, quia susceptos hospites necabat, aliquando in lupum à Ioue suscepto pariter, postquam epulas ei apposuisset humanas, conuersum fuisse Poëtæ fabulantur. In lyncem verò feram coloris varij à Cerere mutatum Lyncum Scythiæ regem, quod Triptoleum ab ea missum frumenta hominibus monstraturum interficere cogitasset, vt in se gloria tanta migraret. Busiris etiam Neptuni filius hospites Diis immolabat, & ipse quoque ab Hercule hospite occisus est. A Theseo verò Sciron latro, ne suos in mari, vt facere consueuerat, præcipites daret.

Busiris.

Sciron.

IX. Amicus candidus frustum siccij panis aut casei pro tenuitate hospitis appositum æqui boniq; consulere debet, non secus ac si lautissima principis in mensa delicatissima quæq; comederet.

X.

Notantur hîc sacerdotum ieiunia, qui interdum illis diebus quibus carnibus abstinent, se varijs omnium piscium generibus ita reficiunt gulæq; inseruiūt, vt lautius quàm alijs diebus, quibus carne vescuntur, vixisse videantur.

Ne

Ne quis pueris iniuriam, vim, aut manus inferat, demētissimi enim sunt qui aut id faciunt, aut occasionem facti præbent.

XI.

Quàm periculosum sit fratribus inuicem litigantibus se immiscere, dum alter enim alteri aduersatur, antequam res ad conflictum perueniat, in minimo rursus momento coniunctissimi sunt.

XII.

Omnibus piis parentibus à teneris statim ad pacem concordiamq; assuefaciendi educandiq; erunt liberi. Et si in aliquo cōtentio- nis, discordiæ, superbiæ aut contumaciæ lapsu deprehendantur, extemplo corrigi humaniter castigariq; debent.

XIII.

Quicumque se pueris, mulieribus, aut stultis confociat, is stoliditatis suæ vel temeritatis poenas æquo vt feret animo, necesse est. Interdum enim detrimentum irrisionis accessio auget.

XIIII.

Note ita cibo suffarcias, vt inter porcos videtur educatus. in primis venustus est versus:

XV.

Non viuas vt edas. sed edas vt viuere possis. Quomodo turpe enim & detestabile est, ita ventrem re- comedēdū
plere, vt vix cibo sumpto tormina, aliasq; to- & biber-
leret passiones. Ne quid maiorem videtur ir- dum sit.

risionē mereri, quàm si agritudinis tuæ cau- Natura est
sam superfluum cibum potumq; cōferas in- paucis com-
fusum. Vidi ego olim in cœnobio quodam tenta.
(qualia hodie pauca) religiosos fratres singu-
los cantharis suis hunc inscripsisse versum:

Sume merum modicè, modico natura foue-

lit.

XVI. Periculi plenas esse quæstiones illas, quæ
Tormenta per tormenta adhibentur, ipsa coarguit expe-
nulli mor- rientia. Multos enim scimus vi tormento-
taliū teme rum eò redactos, vt faterentur talia, ad quæ
rè aut gra- nunquam facienda perpetrandaq; animum
ui & mani induxerant. Tu considera qua Iudicis con-
fecta sine scientia aut salute id factum sit. Quapropter
causa adhi sine aliqua certa & euidenti coniectura solli-
bèda sunt. citis illis inuestigationibus non vtatur, aut si
 eò perueniatur, modum saltem non excedat.
 Iudex enim sine aliqua suspitione firmissi-
 ma, si cuiquam in quarendo temerè tormen-
 ta adhibeat, eadē pœna qua captiuus erat af-
 ficiendus, afficietur. Præterea si quis tormen-
 tis, ex iudicis violentia adhibitis necaretur,
 certè Iudex capitis reus esset.

XVII. Accusator locupletissimis certissimisque
 armatus sit testibus, nisi enim testimoniis de-
 lationem tuam cõfirmare poteris, accusatus
 siue nocens siue innocens absoluitur.

XVIII. Non quoduis iocosum aut ridiculum va-
Testimo- lebit testimonium ad interficiendum homi-
nia à iudi- nem præcipuè liberalem & ingenuum. Idcir-
ce benè pon co iterum atq; iterum ponderandum & tru-
d-randa tinandum est, quibusnam innitatur ille rebus
sunt. aut consiliis, qui auferre atque eripere alieni
 vitam conatur.

Quis Verè Non autem is solus nobilis est, qui ex no-
nobilis cen bili & antiqua oriundus profapia maiorum
scendus sit. suorum innititur imaginibus: Sed potius is
 qui factis præclaris & gestis illustribus, vita-
 que honestissime acta suam testatur & pro-
 bat

hat nobilitatem. Ille enim de alio, hic de suo
sibi splendorem amplitudinemq; gentis ven-
dicat. Elegantes hæc de re extant Palingenij
versus:

*Nimirum stulti hæc sententia, si fit ab auro
Nobilitas, certè de terra nascitur aurum,
De fraude. Et furto, de sænore nobilitas, o
Iudicium vulgi insanum, o sine pectore
turba.*

*Nobilitate hominem nõ ulla pecunia, nulla
Diuitie possunt: precio nam dignior omni
est*

*Nobilitas, hæc non emitur, nec venditur
auro.*

*At genus ille summ iactat, laudesq; suorum
Inculcat, cum sit turpissimus: atq; recensea
Gestæ patris, monumenta atq; patruique
trophæa. x. iustorianæ, loniam.*

*Et quanquam innumeris, demens, igna-
uus, abundet*

*Criminibus, virtutis inops, tamen esse pu-
tatur*

Nobilis: est alto quoniã de sanguine natus.

Cur alienis tibi tribuis, laudemq; tuorum,

*Esse tuam censes? Et reliqua ibi multa, que
breuitatis studio omittimus.*

Nobilitas omni honore, vt respectus & dis-
crimen inter personas conferuetur, nec im-
portuna fiat commixtio, dignissima est. Ve-
rùm vt nobiles hæc suam dignitatem confer-
uent, benè humaniterque erga omnes affecti
esse debent: nec tamè cuiuis bubulco aut ru-

XX.

*Nobilitas
omni hono-
re dignissi-
ma est.*

stico temerè se agglutinabunt, ne in contem-
ptum veniãt. Necessè est enim vt subditi do-
minos superioresque suos reformident & ti-
meant, ne perturbata aut confusa aliqua ex-
oriat ur permistio.

XXI. Ne quis ingenio, potentia, viribusq; suis
tantum confidat, vt infirmitatē inimicorum
suorum contemnere aspernariq; omnino, de-
que omnibus fortunis suis gloriae aut iustitię
causa dimicare velit. Is enim tentat Deum, &
impunitum id non auferet.

XXII. Ne quid maius viribus tuis aut ingenio
excellentiùs aggrediaris, si quid enim ea ex re
detrimenti tibi acciderit, non solum id tacitè
tolerari cogēris, verū omnibus despectui lu-
dibrioq; habebis. Quisq; igitur conscientia
suam prius examinet, geniumque suum per-
spectum exploratumq; habeat.

XXIII. Accusator quod & supra monuimus in pri-
mis sit prouidus & circumspectus. Res enim
veris incorruptisq; indiget testimoniis.

CAPVT III.
ARGVMENTVM.

*Coruus vt egressus fuit, atq; cuniculus aula,
Multa Bruno metuit, pluraq; dāna lupus.
Cōscia mēs sceleris minimis impellitur Euris:
Pace vel in media vir times arma malus.*

Bruno & I-
sengrinus
discessum
corui & cu-
niculi gra-
uiter mole-
stiq; ferūt.

Metu recenti pallidus
Tremebat Isengrinus,
Sed nec minus doloribus
Bruno molestis carpitur,
Quod coruus aulam regit.

Liquis